

Kf. X

Fricola haec fortassis cuiquam etnimi levia
esse videantur: sed curiositas nihil recusat.

Flavii Vopisci:
(Syracusii):
Divus Aurelianus

Habuit ergo multos ducatus, plurimos Tribunatus, vicarias ducum
et Tribunorum, diversis temporibus, prope quadraginta; usque adeo,
ut etiam Ulpiae Criniti vicem sumeret, exercitum diceret,
limiten restitueret, praedam militibus daret, Thracias
bobos, equis, mancipiis, captiis locupletaret, manubias in Palatio
collocaret, quingentos seruos, duo millia vaccarum, equas mille
ovium decem millia, caprarum quindecim millia, in privatam
villam Valerianum congereret.

Tunc enim Ulpius Crinitus, publice apud Byzantium sedenti
Valeriano in thepsu egit gratias, dicens, "magnum de se
judicium habuum, quod eiderum vicarium Aurelianum dedisset:
quare eum statuit arrogare ---"

Kf. XII

Cum concedisset Valerianus Augustus in thermis apud Byzantium,
praesente exercitu, praesente etiam officio Palatino, assidenti-
bus Memmio Fusco, Consule ordinario, Baebio Macro, Prae-
fecto praetorii, Quinto Ancario, Praeside Orientis, assidentibus
etiam a parte laeva Avulrio Saturnino, Scythici limitib;
duce, Murencio ad Aegyptum destinato, Julio Tryphone,
Orientalis limitib; duce, et Meceo Brundusino, Praefecto
annonae Orientis, et Ulpio Crinito, duce Illyricianae et Thracii,
et Fulvio Bojo, duce Rhaetici limitib;, Valerianus Augustus
dixit:

"Gratias tibi agit, Aureliane, respublica, quod eam Gothorum
potestate liberasti. Abundamus per te praeda, abundamus gloria
aethiis omnibus, quibus Romana felicitas crescit. Cape igitur
tibi pro rebus gestis tuis coronas murales quatuor, coronas
vallares quinque, coronas navales duas, coronas civicas duas,
hastas puras decem, vexilla bicolora quatuor, tunicas duca-
niles russas quatuor, pallia proconsularia duo, togas praetextas,

2

XIV^{ET}

ut tunicae palmarum, togam pictam, subarmalem profundam, sellam
eboratam. Nante Consulem hodie designo, scripturas ad
Senatum, ut tibi deputet scipionem, deputet etiam fasces: haec
enim Imperator non solet dare, sed a Senatu, quando fit
Consul, accipere...).

Kp. XIV. Post haec Valeriani dicta, Aurelianus surrexit, atque
ad manus accessit, agens gratias militaribus verbis: quae propria
et ipsa apponenda decrevi.

Aurelianus dixit:

Et ego, domine Valeriane, Imperator Auguste, ideo cuncta
feci, ideo vulnera patienter excepti, ideo et equos et
cautherios meos lassari, ut mihi gratias agere res publica, et
consentia mea. At tu plus fecisti, ago ergo gratias bonitati
utuae, et accipio Consulatum, quem das. Dii faciant, et Deus
certus Sol, et et Senatus dene sic judicet...).

Agentibus igitur gratias omnibus circumstantibus, Ulpianus Cri-
nitus surrexit, atque hac oratione usus est:

Apud maiores nostros Valeriane Auguste, quod et
familiae meae amicum ac proprium fuit, ab optimis
quibusque in filiorum locum fortissimi, viri semper electi
sunt, ut vel senescentes familias, vel foetus matris-
moniorum jam caducos, substitutae foecunditas prolixiornaret.
Hoc igitur quod Cocceius Nerva in Trajano adoptando,
quod Ulpianus Trajanus in Hadriano, quod Hadrianus in
Antonino, et ceteri deinceps proposita suggestione fecerunt,
njam in arrogando Aureliano, quem mihi vicarium judicii
tui auctoritate fecisti, censui esse referendum. Iube
igitur, ut lege agatur, sitque Aurelianus heres sacrorum
nomini et honorum, totiusque iuri, Ulio Crinito
jam consulari viro, ipse actutum, te judge, consulari...).

Kp. XV. Longum est cuncta pertexere. Nam et actae sunt
Crinito a Valeriano gratiae, et adoptio, ut solebat, impleta.
Memini me in quodam libro Graeco legisse, (quod tacendum
esse non credidi) mandatum esse Crinito a Valeriano, ut Ara-
elianus adoptaretur, idcirco praeципue, quod pauper esset: sed hoc
in medio relinquendum puto. (auditorum)